



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 51. Holsatiæ, & Hassiæ Principes ad fidem Catholicam reversi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. que fore, ut ipsemet Rex parem submis-
 A. C. 1677. sionem professurus sit.

§. LI.

*Holsatiæ, & Hassiæ Principes ad
 fidem Catholicam reversi.*

*Kraus exem-
 pla Convers.
 pag. 281.
 Cimer. mem.
 mund.
 pag. 726.*

Cum interea Protestantes suam sectam non Evangelicæ veritatis gladio, sed rebellium armorum potentia in Hungariæ Regno stabilire niterentur, quinquaginta duo Prædicantes in Hungaria hoc anno a Calvini castris ad fidem Catholicam reversi sunt: insuper Deus in cujus manu sunt corda Regum, plures Principes in Germania a vera fide dudum devios ad agnoscendam sectæ falsitatem, & detestandos humani commenti errores impulit, atque inter eos præprimis Alexandrina Juliana Georgii III. Hassiæ Landgravii Vidua, ac postea Caroli Hassio - Rheinfelsiæ Landgravii Catholici Conjux die quarta Junii Calvini venenum publice evomit, ad Romanæ Ecclesiæ sinum reveria. Hanc jam antea præcefferat Georgius Christianus Hassio - Homburgensis Landgravius, qui non sine cælesti prodigio Bruxellis in Belgio hæresin, in qua enutritus erat, ejuravit, atque ex Catholicæ zelosissimus fidei Catholicæ Defensor factus, hoc anno Francofordiæ

pien.

pientissime decessit. Anno autem se- Sæc. XVII,
 quenti Dorothea Hedwigis Holsatiæ A. C. 1677.
 Nordburgensis, & Sleswicii Ducissa
 olim Lutherana Gandersheimii Abba-
 tissa religionem Catholicam, cui sese
 jamjam anno hujus sæculi septuagesi-
 mo addixerat, Bambergæ in Templo
 Jesuitarum palam professa est, secuta
 exemplum Joachimi Ernesti Holsatiæ
 Plönæ Principis, qui Anno 1674. e
 sectæ suæ tenebris ad Catholicæ veri-
 tatis lucem traductus est.

S. LII.

*Indecens quædam Consuetudo in Gal-
liis abolita.*

Inter corruptelas, quas foeminarum Mem. Chron.
 incontinentia invexit, atque igno- Es Dogm.
 rantia seu morum perversitas a sæculo l'An 1677.
 decimo quinto usque nunc in Galliis Abregé de
 propagavit, haud infima erat consue- l'Hist. Eccl.
 tudo, qua foeminis Maritos suos velut tom. 3.
 ad perficiendum conjugii actum ineptos
 accusantibus, Judices experimentum,
 quod in Galliis *congressus* dicebatur, in
 judicio fieri præcipiebant, ac juxta
 hujus probationis successum ejusmodi
 matrimonium aut validum aut nullum
 esse pronuntiabant: Ejusmodi experi-
 mentum olim Justinianus Imperator,
 ac dudum leges Canonicæ prohibuere,

K §

legi-